1532. 29. Junii

569

# Andreas Cricius Episcopus Plocensis P. Tomicio Episcopo Crac. Regni Vicecancellario

161

Rde in Christo Pater et Domine benefactor colend.

Mitto Rmae Dominationi Vestrae quae Romam et ad Caesarem scripsi mandavit, et gaudeo vehementer, illum Nobis protectorem factum, qui ab omnibus commendatur, et qui patrui vestigia sequutus Rmam Dominationem Vestram, cum primis observare curabit,

Si adhuc non scripsit Romam de prorogando Jubileo Ecclesiae meae supplico adscribere in his literis tam ad Pontificem, quam ad protectorem, dignetur, sed neque repetere nocerit.

Ego mi Rme Domine licet adhuc in ea aetate et ocio possum ipsemet commode munus Pontificum obire et exercere, absque et exercero illud libentissime tamen ne illi aliter interpretentur, qui alia omnia No. agere honestius putant quam ea quae professionis Nostrae sunt, delegi mihi Suffraganeum unum ex duobus, quos dudum animo designaveram neque

Dominum

Archidiaconatum Posnaniensem, tametsi fuerant aliquod
alii qui sine meo sumptu et provisione, munus
hoc captabant, is nunc mittit Romam pro expe
ditione sua, itaque rogo adscribere non gravetur Reverendissima
Vestra Dominatio, saltem ad Protectorem, id quod
ultra scientiam ejus addussi, et commendare hoc ne
gotium Domino Doctori Rzeczyca literasque secu
ritatis huic Nuncio concedere dignetur qui etiam et
alias literas quas Reverendissima Dominatio Vestra quinit
tere dignabitur, commode portare poterit, est enim
Romipeta et confidens et expertus. Commendo etc.
Sultavice penultima Junii Anno Domini
1532.